super p° Mag.cus et excellens vir D.nus Virgilius de confectis, unus
ex senatoribus cathedram conscendens, quam cuique senatori conscendendum est, si velit aliquam rem pro republica
consulere, prius Dei optimi Maximi Deiparaeque eius
Sanctissimae Matris, ac Divi Gemini Numine implorato
hanc tulit sententiam. Vz quod cum huc se contulerit commissarius, cancellarius huiusce universitatis conscribat in libro copiam suarum litterarum patentialium quemadmodum libro conscribuntur copiae litterarum patentalium Mag.corum D.norum Locumt. ac eidem
commissario ~~semper~~ decrevit, ut hi quattuor viri
semper assistentes esse debeant, idest Mag.cus et excellens
vir D.nus Lelius Mancottus D.nus et egregius Mercurius Fecchi
et ... providus vir ser Joannes Boccaninus, et
supradictus D.nus Virgilius Confectus non a seipso
electus, sed a caeteris senatoribus, qui semper assistere debeant Commissario, praeterea (?) si habuerit is
auctoritatem amplissimam ab Ill.ma D.na Donna
Joanna, ut ij possint singulas huiusce reipublicae
causas ei narrare obtentum, ut cumque fuit, viva voce nemine
ex senatoribus discrepante

super secundo idem consultor asseruit, quod si appaltator pullorum, ac ovorum solverit plus pecuniae, quam solvere debebat ei restituatur pecunia, et
praeterea Mag.cus D.nus Locumt. prohibeat, illum amplius non emere posthac tales res, nec nomine alicuius, nec quis alius huiusmodi emere possit viva voce et nemine
discrepante ... fuit

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 583 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR